



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 114. Festum S. Annæ per Gregorii XIII. diploma institutum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

ad concilium invitari debent: in quo Epi-  
 scopi Comprovinciales rationes reddent,  
 qua fide, & diligentia statuta hujus Con-  
 cilio in locis sibi subditis servanda cura-  
 rint, & quæ reformatione in posterum in-  
 digere adverterint, fideliter referent.

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1584.

Huic ergo Concilio præter Præsi-  
 dem subscripti leguntur tres Episcopi,  
 Floranus, Cadurcensis, & Lemovicen-  
 sis unacum diversarum Ecclesiarum  
 Deputatis: Vocatus equidem erat ad  
 hoc Concilium Puteus Episcopus Ani-  
 censis, qui per literas testatus est, se  
 non posse huic Concilio interesse pro-  
 pter occupationes, & bellorum motus:  
 probaturum tamen, quæcunque de-  
 terminarentur, statuerentur, ea que a suis  
 subditis diocæsanis observari curaturum  
 spondit. Postea summus Pontifex con-  
 firmavit cuncta hujus Synodi decreta  
 edito diplomate Apostolico die quinta O-  
 ctobris anno sequenti millesimo quingen-  
 tesimo octuagesimo quinto: quapropter  
 Bituricensis Archiepiscopus ea Mense se-  
 quenti publici juris fecit.

§. CXIV.

*Festum S. Annæ per Gregorïi XIII.  
 diploma institutum.*

Quantumvis sanctæ Annæ festivitas *B. M. t. 2.*  
 in pluribus privatis Ecclesiis jam *Consi. 87.*  
 jam solemniter celebraretur, fidelium *pag. 504.*  
 pietate

Sæcul. XVI pietate Episcoporum, sedisque Apostoli-  
A.C. 1584. cæ auctoritatem quodammodo præve-  
 niente, nihilominus cum nondum fan-  
 cta hæc Mater communi ritu coleretur,  
 hinc Gregorius XIII. eundem in Univer-  
 sa Ecclesia stabilire decrevit, hancque  
 in rem die prima Maji Constitutionem  
 edidit, præcipiens, ut deinceps *Beatæ An-  
 næ dies festus vigesima sexta Julii in omni-  
 bus totius Orbis Ecclesiis duplici Officio  
 quotannis recolatur, diesque prædictus im-  
 primendis Romanis, aliarumque Ecclesia-  
 rum Calendariis & Martyrologiis adda-  
 tur, & duplex ei adscribatur: Postea  
 mandabat omnibus Patriarchis, Archi-  
 episcopis, Episcopis, & ceteris Ecclesia-  
 rum Prælati per universum orbem consti-  
 tatis, ut faciant præsentis literas in suis  
 quisque Ecclesiis, Provinciis, Civitatibus,  
 & Diocæsiibus solemniter publicari, & ab  
 omnibus Ecclesiasticis personis tam sæcula-  
 ribus, quam quorumvis Ordinum regulari-  
 bus inviolate observari, etiamsi in recen-  
 tibus Breviarii, & Missalis reformationi-  
 bus prædicta solemnitas fuerit præter-  
 missa.*

Verum hæc Pontificis Constitutio  
 non statim exacte ad opus deducebatur;  
 quippe sanctæ Annæ festivitatis per ali-  
 quod tempus haud majori solemnitate,  
 quam ante hoc diploma, celebra-  
 batur.

§. CXV.